

I. SOUTENDAM,

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

CONTINENS

OBSERVATIONES NONNULLAS

IN

HOMERUM ET SCENICOS.

W.A. 107.6.2





SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

CONTINENS

OBSERVATIONES NONNULLAS

IN

HOMERUM ET SCENICOS.



SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

CONTINENS

OBSERVATIONES NONNULLAS

IN

HOMERUM ET SCENICOS,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

SIMONIS VISSERING,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. ET IUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET IN FACULT. IUR. PROF. ORD.

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM
HUMANIORUM DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus,

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM
DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

In Academia Lugduno-Batava,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

DEFENDET

IANUS SOUTENDAM,

DELFIENSIS,

IUR. ROM. ET HOD. DOCT.

AD DIEM XII DECEMBRIS A. C. MDCCCLV, HORA III—IV.

—GIGIO—

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD JAC^M. HAZENBERG CORNELII FIL^M.

BIBLIOPOLAM.

EX TYPOGRAPHEO J. G. LA LAU.

S^o
Parentibus.



HOMERICA.

Hom. Il. 2. 316.

Τὴν δὲ ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν.

Locus iam olim a viris doctis varie tentatus, sed, ut mihi videtur, nondum persanatus. Nam licet DAWESIUS pro vitiosa forma δὲ ἐλελιξάμενος egregie restituerit δὲ *Fελιξάμενος*¹⁾, in ultimo huius vers. voc. corruptela latet, quam frustra tollere conatus est vir ille Homericae linguae peritissimus sospitatorque optimus. In Miscell. Crit. p. 143, (cf. ibid. p. 39 seq. in edit. tert. Lips. 1800) postquam de verbo *Fελίσσειν* nonnulla disseruit, sic pergit: "Quod

1) *Fελισσειν* de serpentium tortu solemne est, teste Il. 22. 93 seqq.:

"Ὡς δὲ σράκων ἐπὶ χειῇ ὄρεστερος ἄνδρα μέιησι,
βεβρωκὼς καιὰ γάρματα".

σμερδαλέον δὲ δίδορκε, *Fελισσόμενος* περὶ χειῇ.

Ibid. 11. 38 seq.: αὐτῷ ἐπ' αὐτῷ
κιάνεος *Fελικτος* σράκων κ. τ. ἐ.

"vero sequitur in eodem versu ἀμφιαχυῖαν plane
 "portentum est. Principio enim verbum Homericum
 "est *FίFάχω* (!), non *ἰάχω*. Deinde ut *ἰάχω* itidem
 "fuerit, habebimus participium non iam *ἰαχυῖαν*
 "sed *ἰάχουσαν*. At praesens-perfectum exinde for-
 "matur *ἴαχα* atque hinc participium *ἰαχυῖαν*. At
 "prima syllaba non nisi producta; nam hoc postulat
 "augmenti ratio. Eam vero hic corripi videmus.
 "Quid autem si legamus — λάβε *FεFίFαχυῖαν*?
 "Proferat saltem cui ὑγιέστερον quidquam suppe-
 "tit." Recte DAWESIUS vedit voc. ἀμφιαχυῖαν
 duplici vitio laborare, medicinam vero adhibuit
 morbo peiorem. Nam quid, quaeso, sibi vult mon-
 strosa partic. forma *FεFίFαχυῖαν*, portentum pro
 portento, a DAWESIO excogitata? Saniora igitur pro-
 ferenda sunt.

Iam constat voc. ἀμφιαχυῖαν corruptum esse, et
 propter digamma verbi *ἰάχειν*!), et quia terminatio

i) Non opus erit, opinor, demonstrare hoc verbum, quaeque inde
 derivantur, digamma sibi praefixa habuisse; quamquam non sum
 nescius inter viros doctos de digammatis vi et natura quaestiones
 agitari, quas carminum Homericorum accuratius studium componet.
 LENNEPIUS τῷ *F* consonantis vim non tribuit, quum Hesiod. Theog.
 69: περὶ δ' *Fίαχε γαῖα μέλαινα* scribendum esse censuerit. Simi-
 lem errorem commisit Scut. Herc. 111, ubi οὐδὲ *Fίφικλείδην* ferri

partic. in *vīav* repugnat probae quam dicunt temporum derivationi. Nam quod traditur de perfecti secundi particip. a verbo *Fiaχειν* formato, nihili est nec ullo poëtae confirmatur testimonio, quum voc. *ἀμφιαχυῖαν* nullibi nisi nostro loco occurrat¹⁾. Genuinae formae sunt *ἰάχων*, *ἰάχουσα*, *ἴαχον*, quae praefixo digamma apud **HOMERUM** et **HESIODUM** usurpantur. Quae participii terminatio in Cod. Ambros. lectionis varietate exhibetur, quam vide apud **WUTTMANNUM**, Scholia in Odyss. p. 589²⁾.

Sed ne sic quidem res melius sese habet, nam dupli etiam difficultate premitur. Primum enim, si legimus *ἀμφιFiaχουσαν*, metrum pessum datur; deinde, quod non minoris est momenti, verbum *Fiaχειν* nostro loco non convenit. Ad priorem difficultatem removendam olim correctionem proposui;

posse videtur viro in critice linguae epicae exercenda peritissimo. Dubitat tamen in annot. ad Scut. Herc. 404, quum scribat: «*fuitne θεινή οὐ Fiaχή?*»

¹⁾ Quae ἄπαξ εἰρημένα vocantur vocabula suspeeta sunt et plerumque corruptelam arguunt. Cuius rei exempla apud Homerum hic illuc obvia, critica ars in diem magis magisque tollere studet et ad suam quaeque formam revocare. Cf. Hom. Il. I. edid. v. **GENT**, qui in annot. eiusmodi ἄπαξ εἰρημένα complura notavit felicique manu emendavit.

²⁾ In Iliad. fragmm. Ambros. legitur: «*αμφιαχουσαν*; sed manus posterior suprascriptis *ιναν*.”

quam CICERONI debitam, meliora edoctus falsam esse cognovi. Notum est, CICERONEM nonnullos versus Homericos exercitationis causa Latino sermone expressisse. De Div. 2. 30 Agamemnonis orationem (Il. 2. 299—330) Latinis versibus persecutus, locum nostrum sic convertit:

„Corripuit pullos: quos cum consumeret octo,
„Nona super tremulo genitrix clangore volabat.”

Quo duce, pro praepos. $\alpha\mu\phi\iota$ coniiciebam $\hat{\nu}\pi\epsilon\rho$
et versum sic legebam:

Tὴν δὲ Φελιξάμενος πτέρυγος λάβ' ὑπερΦιάχουσαν.

Sed quoniam CICERO in Homericis Latine transferendis liberius egisse videtur et mutatio nimis violenta neque probabilis admodum mihi displicebat, oratoris auctoritati parere recusavi, contra ex ipsius poëtae sermone et usu, quae optima emendandi via habenda est, verisimilem lectionem expiscari sum conatus.

Verbum *Fιάχειν*, ut supra dixi, nostro loco est ineptum. Significat: *sonum edere, strepere*¹⁾. Quae

¹⁾ De qua signific. cf. Symb. litt. V. I. p. 140. Apud seriores transitivē usurpatur. Vid. PASSOW. cd. quint. in voc. *ἰάχω*.

verbi significandi potestas licet non plane a loci sensu abhorrere videatur, tamen aliud verbum exquisitius reique naturae magis conveniens requiritur. Quod illi, qui H̄omerica carmina paullo diligentius triverit, statim in mentem veniat necesse est. Exstat autem apud **HOMERUM** verbum $\alpha\chi\acute{\epsilon}\cdot s\iota\nu$ ($\alpha\chi\acute{\epsilon}F\epsilon\iota\nu$), quod de dolore vel potius de luctu solemne est, in primis vero in eos cadit, qui suorum cladem vel infortunium lugent. Argumento sint: Il. 9. 567¹⁾; Od. 2. 23 ($\alpha\chi\acute{\epsilon}FF\omega\nu$); 11. 194; 15. 360²⁾. Compositum autem cum praepos. $\alpha\mu\phi\iota$ optime nostro loco quadrat. Quemadmodum enim vers. super. $\alpha\mu\phi\iota\pi\sigma\tau\tilde{x}\sigma\theta\zeta\iota$ dicitur pullorum mater, h̄ic quoque cum verbo $\alpha\chi\acute{\epsilon}F\epsilon\iota\nu$ praep. $\alpha\mu\phi\iota$ recte iungitur, qua clangor avis circumvolantis significaretur. Nec desunt apud **HOMERUM** exempla verborum strepitum notantium, quae cum praep. $\alpha\mu\phi\iota$ sunt composita. Vidd. Il. 12. 160; 21. 408; Od. 10. 227. Eiusdem analogiae verba exstant: Il. 16. 192; Od. 4. 820; 14. 381, cet. quae **SEBERI Index Hom.** exhibet. — Quibus rationibus adductus non

¹⁾ De Il. 1. 34 dubitatur. Cf. annot. ad. h. v. apud v. GENT, lib. supr. laud. — $\alpha\chi\acute{\epsilon}F\omega\nu$ verum puto.

²⁾ Apud Hesiod. Scut. Herc. 93 leg.: $F\eta\nu$ $\alpha F\acute{u}r\eta\nu$ $\alpha\chi\acute{\epsilon}F\omega\nu$ x. r. ε. cf. LENNEPIUS ad. h. l.

dubito, quin **HOMERO** suum restituam, revocando genuinam, ni fallor, lectionem: ἀμΦαχέFouσαν. Iam totus versus sic evadit:

τὴν δὲ Φελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμΦαχέFouσαν.
HOMERUM imitatus est **MOSCHUS** Idyll. 3. 21—26. Sic etiam **EURIPIDI**, Herc. fur. 1039 seqq.:

'Ο δ', ὡς τις ὅρνις ἄπτερον καταστένων
 ὠδῖνα τέκνων, κ. τ. ἐ.

locus Homericus ob oculos fuisse videtur. —

Non prorsus abs re fore arbitror, si hac opportunitate locum indicavero, ubi verba *ἰάχειν*, *ἀχέειν*, *χέειν* et *ἀχέειν* (*ηχέειν*)¹⁾ inter se confusa magnis turbis ansam dederunt. Invenitur hymn. Hom. in Pana XIX. 18. Librorum lectio est: *θρῆνου ἐπιπροχέουσα*, *χέει μελίγηρυν ἀοιδὴν*. Locutionum autem: *χέειν Φωνὴν*²⁾, *χέειν αὐδὴν*³⁾, *καταχέειν ἀοιδὴν*⁴⁾ de cantu lusciniae et cicadae frequens est

¹⁾ Secundum BUTTMANNUM Lexil. II. p. 118. 3 et in primis p. 120. 5. — Sed exempla in hymnis desiderantur verbi *ἀχέειν*, (prisca forma pro *ηχέειν*) cum accusat. iuncti, quum de lectionibus *οὐτ’ ἀχέειν* (hymn. in Dem. IV. 479) et *στοναχήσεται* (hymn. in Aphrod. III, 253) non constet inter eruditos. Cf. praeter BUTTMANNUM l. l., HERMANNUS, Homeri Hymni et Epigramm. in annot. ad utr. l.

²⁾ Od. 19. 521. ³⁾ Hesiod. Scut. Herc. 396. ⁴⁾ O. et D. 544.

usus apud HOMERUM et HESIODUM; sed versamur in carmine recentioris fabricae neque genuina lingua epica conscripto ¹⁾). Porro displicet repetitio in voc. ἐπιπροχέουσα χέει. ILGENIUS corredit: ἐπιπροχέουσ' ἀχέει; ingeniose quidem, sed verbi ἀχέειν exquisitae significationi hīc vix locus esse potest ²⁾). RUHNKENIUS emendavit: ἐπιπροχέουσ' ἵαχεῖ, quam correctionem, reposito tamen ἵαχεῖ, in textum recepit HERMANNUS. Perperam, ni fallor. Licet enim digamma verbi ἵαχεῖν, quo tempore hymnus in Pana componeretur, perierit, puto tamen de antiquo verbo, *sonum edere, strepere* significante, ne cogitari quidem posse. Nullum enim, quod scio, apud HOMERUM vel HESIODUM occurrit exemplum, quo verb. ἵαχεῖν cum obiecto iunctum est, quemadmodum nostro loco factum esse videmus; ubique intransitive, addito adverbio, legitur; etiam apud Epicos seriores, qui verbo ἵαχεῖν, quod transitivam habet significationem, uti solent, ubi, *quod cum clamore emittitur*, indicare volunt. Unde sequitur

¹⁾ Argumento sit v. 36, ubi verb. ἰδέσθαι digamma respuit. Voc. ηχώ nihil probat, quum iam mature τὸ F amiserit. Cf. v. GENT, lib. I. p. 39 et 53.

²⁾ Cf. omnino BUTTMANNUS lib. I. p. 117. seq.

formam *iāχει* cum accusat. compositam esse vitiosam. Recte igitur RUHNKENIUS *iāχει* emendavit, quae recentior verbi forma hīc omnino requiritur, qua obiectum *ἀοιδὴν* regatur. Cff. hymn. in Dem. 20 et complures loci Tragicorum: AESCH. Sept. 868; EUR. Phoen. 1523; Herc. fur. 1026; passim apud ARIST. v. c. Ran. 217¹⁾). Ab *iāχεῖν* fut. et aor. *iāχήσω* et *iāχησα* prodierunt, quum in carminibus Homericis et Hesiodeis non nisi tertia pers. sing. et plur. imperfect. *iāχε*, *iāχον*, (semel *iāχεσκε*) atque partic. praes. *iāχων*, *iāχούσα*, *iāχοντος*, *iāχουσαν*, *iāχοντα*, *iāχοντες* usurpantur. HERMANNUS autem in annot. ad v. 18 se ideo *iāχει* reposuisse dicit, quod hac forma in praesenti tempore uterentur Epicis; sed falsum hoc est. Nusquam enim praesens tempus apud Epicos vere sic dictos legitur, ut vidimus; ex partic. forma hoc tantum confidere licet, Epicos, si opus fuisset, praesens *iāχω* ceterasque personas usurpasse

1) ARIST. Eq. 1016 seq.:

*Φράξεν, Ἐρεγθείδη, λογιῶν ὄδόν, ἦν σοι Ἀπόλλων
ἴαχεν ἐξ ἀδύτοιο διὰ τρυπόδων ἐριτίμων. κ. τ. ξ.*

manifestam linguae epicae, qua oracula edi solebant, continent imitationem. Pro ἦν leg. esse puto ἔτι, ita ut ἴαχεν more Epicorum absolute ponatur. Locum sic verto: "Dic, Erechthei fili, oraculorum viam, qua tibi Apollo ex adyto vociferabatur per tripodes valde honoratos."

et quidem intransitive, quemadmodum imperf. et partic. apud eos occurunt, nunquam vero transitive, quod in Epico poëta ne recentiore quidem admittendum videtur. — Statuendum ergo arbitror, quum constet ceterorum in hunc versum coniecturas nihil habere, quo se commendent, neque formam *iáχει* cum obiecto stare posse, RUHNKENII emendationēm, quae probabilis est et Graeci sermonis usu confirmatur, esse recipiendam.

Il. 4. 148 seqq.

*Fρίγησεν δ' ἄρ' ἔπειτα Φάναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
ὡς ἔFίδεν μέλαν αἷμα καταρρέον ἐξ ὥτειλῆς.
Fρίγησεν δὲ καὶ αὐτὸς ἈρηFίφιλος Μενέλαος.
ὡς δὲ Fίδεν νεῦρόν τε καὶ σύκους ἐκτὸς ἐόντας,
ἄψορρόν Fοι θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἀγέρβη.*

V. 151 voc. *νεῦρον* offendit. Lexicographi afferunt quidem significationem, sed, ut saepius, fictam nullisque testimoniis firmatam. *Νεῦρον* hoc loco (sic illi) pro *νευρὴ* positum est, et significat: arcūs chordam, ut supra v. 122. Sed quid, quaeso, sibi velint arcūs chorda et sagittae cuspides e vulnere prominentes? Neque praetervidendum est voc. *νεῦρον*

esse ἀπαξίειρημένον, quod vitii latentis suspicionem valde confirmat. Medicinam quaerenti mihi se obtulit voc., quod semel iterumque apud poëtam nostrum occurrit neque ab hoc loco alienum videtur. Nimirum voc. μηρὸς volo, quo pars corporis significatur Menelai, quam sagitta transfixerat; quod in praecedentib. inde a v. 132—147 manifeste indicatur. Ipsum voc. numero plurali usurpatur v. 146, pro singulari, ut sexcenties apud HOMERUM. Simile vulnus infertur Il. 11. 810 seqq. Voc. νεῦρον facili negotio pro genuino μηρὸν in textum irrepere potuisse, si ad exiguum inter utrumque voc. scriptuae discrepantiam oculos adverteris, statim apparebit.

Od. 8. 359.

“Ως Φειπὼν, δεσμῶν ἀνεῖαι μένος ἩΦαίστοιο.

Locus duobus vitiis laborans medicinam efflagitat. Iam primum locutio: δεσμῶν ἀνεῖναι haud scio an recte sese habeat. Vertunt quidem: *vinculis liberare*, sed quo iure quibusve nisi testimoniosis non liquet. Nec mirum: similis enim constructionis exemplum, ubi verb. ἀνεῖναι iunctum est genitivo, qui ab hoc verbo regitur, neque apud HOMERUM,

neque usquam alibi inveniri opinor. Omnino accusativus $\delta\varepsilon\sigma\mu\grave{\alpha}\nu$ requiritur, quocum $\grave{\alpha}\nu\varepsilon\tilde{\nu}\alpha\iota$ componi solet. ARISTARCHUM quoque accusat. legisse, mihi verisimile videtur. Nam in scholio ad v. 355 legitur: *Αρισταρχος δὲ δεσμὸν γράφει.* Solet quidem hoc scholion ad v. 355 referri, sed perperam, ni fallor¹⁾. Potius ad v. 359 pertinere videtur, ubi, pro vulgata lectione $\delta\varepsilon\sigma\mu\tilde{\omega}\nu$, criticus Alexandrinus $\delta\varepsilon\sigma\mu\grave{\alpha}\nu$ legit²⁾. Puto igitur scholion ad v. 355 sic refingendum esse, ut ultima verba: *Αρισταρχος κ. τ. ἐ. a praecedentibus seiungantur et cum lemmate δεσμῷν v. 359, quo spectant, restituantur.* Sed ne sic quidem versus prorsus est sanatus. Reposo enim $\delta\varepsilon\sigma\mu\grave{\alpha}\nu$, metrum ruit; cui vulneri tamen facile medearis. Nimirum ut integrum sententiam habeamus, desideratur obiectum verbi $\grave{\alpha}\nu\acute{\iota}\acute{\varepsilon}\iota$. Iam vero dubium mihi non est, quin post voc. $\delta\varepsilon\sigma\mu\grave{\alpha}\nu$ inserendum sit pron. *Fé*, quo *"Αρης* significaretur. Sic igitur totus versus refingatur:

¹⁾ Cf. BUTTMANNUS, Scholia in Odyss. in annot. ad h. v.

²⁾ Aristarchus, ne quid metrum detrimenti caperet, locum nostrum fortasse sic constituerat:

"Ως εἰπὼν ἀνίει δεσμὸν μέτρος Ἡφαιστοῖο.

Saepius enim, ut notum est, neglecto pronomine *Fé*, Homeri diorthotae versūs vocē transponebant. Cf. v. c. II. 6. 151.

“Ως Φειπὼν δεσμὸν Φ’ ἀνίει μένος· ἩΦαιστοῖο.

Similis locutio, ubi verb. ἀνεῖναι duplii accusativo iungitur, occurrit Il. 15. 24 seq.:

ἐμὲ δ’ οὐδ’ ὥς θυμὸν ἀνίει
ἀζηχῆς ὁδύνη Ἡρακλῆος θείοιο.

ANIMADVERSIONES NONNULLAE

IN

HOMERI HYMN. IN APHRODITEN.

Post RUHNKENII, MATTHIAEI, ILGENII et HERMANNI in hunc hymnum curas et emendationes, complura etiam restant animadvertenda et e certa epicae linguae ratione et usu corrigenda.

In annot. ad v. 86 HERMANNUS, postquam de digammate voce. ἔω (ἔννυμι) et ἔργον multa disputavit, ad hymn. in Aphrod. redit, quem antiquissimum et omnium minime corruptum iure appellat.
„Ac sublatis vitiis, inquit, v. 148, 182, 195, 204,
„hi tantum loci supersunt, de quibus dubitari pos-

"sit, si vera sunt, quae de littera Aeolica disputari
 solent: v. 44, 54, 85, 86, 134, 170, 233, 257.
 "Nam v. 136 et 279 interpolatoris esse equidem
 existimo." Nobis autem, quibus persuasum est,
 quae de digammate disputari solent, esse verissi-
 ma, (neque aliter aequis iudicibus videbitur) ver-
 sus supra laudatos dubioque obnoxios paullo accu-
 ratius tractare in animo est simulque periclitari,
 quid ad veram lectionem revocandam valeat ne-
 glecti digammatis restitutio.

V. 6, quem intactum reliquit HERMANNUS, putans
 digamma post litteram consonantem et elisionem
 servari posse legique: $\pi\tilde{\alpha}\sigma\iota\nu \delta'F\acute{e}py\alpha \kappa. \tau. \dot{\varepsilon}$, (eodem
 errore lapsus quo LENNEPIUS, qui portentum $\delta'F'\alpha\chi\varepsilon$,
 cet. tulit ¹), facile sanari potest. In promptu enim
 est corrigere: $\pi\tilde{\alpha}\sigma\iota \delta\grave{\epsilon} F\acute{e}py\alpha \mu\acute{e}μηλεν \kappa. \tau. \dot{\varepsilon}$, e
 solemini ARISTARCHI mutatione, quae locis innume-
 rabilibus recurrit.

V. 44 et 134 pro: $\kappa\acute{e}\delta\nu'$. $\epsilon\grave{i}\delta u\tilde{\iota}\alpha\nu$ leg. esse: $\kappa\acute{e}\delta\nu\grave{\alpha}$
 $F\acute{e}\delta u\tilde{\iota}\alpha\nu$ dubitari nequit ²).

V. 54 vitiosus est propter digamma voc. "Iδη".

¹⁾ Cff. quae supra de verbo *Fiaχειν* annotavi ad Il. 2. 216.

²⁾ Cff. quae de Homericā forma *Fidēa*, cet. disseruit v. GENT lib. I.,
 ad Il. 1. 124, 131, 365, 608.

Variis hic mons ornatur epithetis, quae apud SEBERUM in voc. memorantur. Vocatur etiam ὑψηλῆ, Il. 14. 293, ubi Hera dicitur adiisse Γάργαρου ἀκρον Φίδης ὑψηλῆς: fortasse nostro loco idem epitheton est reponendum et legendum:

"Ος τότ' ἐν ἀκροπόλοις ὄρεσιν Φίδης ὑψηλῆς κ. τ. ἐ.

V. 85, quo ΜΑΤΤΗΙΑΕUS putat antiquitus lectum fuisse: *Feīdōs καὶ μέγεθος καὶ Feīmatā σιγαλόεντα*, praestat, ni fallor, scribere:

Feīdōs τε μέγεθος καὶ Feīmatā σιγαλόεντα.

Intrusa enim est particula τὲ a grammaticis ob digamma voc. εἴμα.

In v. seq. forma ἔεστο corrupta est; rescribendum est *Fέστο* eodemque modo corrigendus Il. 14. 383. Quamquam integra plusq. perfecti forma tertiatâ personâ singulari est ἡ *Fέστο*, tamen brevior hîc requiritur *Fέστο*, quae simili, a verbo *Fέργυνμι* v. *Fέργω* deducta forma apud HOMERUM obvia confirmatur. Cuius verbi occurrit 3^a p. perf. pass. ἔρχαται vel potius *Fέρχαται* Od. 10. 283. Plusq. perfect. inde formatur, quod tertiatâ personâ plur. scribitur *Fέρχατο* Od. 9. 221; 14. 73; quae etiam audit ἡ *Fέρχατο* Od. 10. 241. Participii forma cum ἀπὸ composita invenitur ἀπὸ *Fέργυμένη* h. hymn. 47. In-

tegra horum temporum forma esset *FεFέρχαται*,
ἐFεFέρχατο, ἀπο*FεFέργυμένη*. Quemadmodum igitur recte scribitur *Fέρχατο* et *ἐFέρχατο*, sic etiam h. hymn. v. 86 et Il. 12. 464 *Fέστο* vel *ἐFεστο* bene sese habent.

V. 170 eadem medicina sanandus, qua v. 85, expuncta particula *τέ*, quae male huc pedem intulit propter neglectum digamma voc. *ἴΦια*. Idem valet de v. 233, quem optime restituit HERMANNUS.

V. 257 facili negotio corrigi potest, si pro: *ἐπὶν* δὴ πρῶτον *ἴδη* legas: *ἐπὶν* δὴ πρῶτα *Fίδη*. Cf. Il. 16. 427. Similes locutiones passim occurrunt, v. c.: Il. 1. 6; 6. 489; 12. 420. Eodem modo rescribas hymn. in Apoll. 71: *μή*, δπόταν τὰ πρῶτα *Fίδη* κ. τ. ἐ.

V. 164 leg. *πόρπας* τε γναμπτὰς *Fέλικας*. cf. v. 87.

V. 179 verbum *ἰνδάλλομαι* cum digammate est scribendum, quippe arctissime coniunctum cum verbo *Fοῖδα* vel potius *Fίδα* eodemque fonte derivatum. Nec ullus in Iliade vel Odyssea locus repugnat, contra multi loci *τὸ F* efflagitant, ut praecedens syllaba positione fiat longa. Vidd. Il. 23. 460; Od. 3. 246; 19. 224. Nostro loco paratum remedium adhibuere grammatici *ἴγὼν* pro *ἴγὼ* re-

ponentes, quo commode versus hiatus vitaretur. Cf. v. c. Il. 21. 341, ubi simile artis suae documentum ediderunt diorthotae, ἐγὼν ἴάχουσα pro genuino ἐγὼ *Fίάχουσα* HOMERO obtrudentes. Eiusmodi vero mutationes quum in carminibus Home-ricis et Hesiodeis deprehenduntur fere innumera-biles, exempla cumulare supervacuum est.

V. 205 verbum ἐπιοινοχοεύοι est ἀπάξ εἰρημένοι, quemadmodum ἐνοινοχοεῦντες Od. 3. 472. Uterque locus corruptus. Pro ἐπιοινοχοεύοι v. GENT germanam formam *FοινοχοFεύοι* poëtae restituit ¹⁾). Si vero locum nostrum cum Il. 1. 597 seqq. contuleris, verisimile videtur vs. 206 aut insiticum esse, quandoquidem consentaneum sit statim post verb. *FοινοχοFεύοι* sequi: χρυσέου ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων νέκταρ ἐρυθρόν, uti fit Il. 1. 598, ad cuius loci exemplum hymni versus manifeste compositi sunt; aut versūs sedem saltem esse mutandam et in locum v. 207 tranferendam. Quod attinet ad lectio-nem ἐνοινοχοεῦντες, dubium esse nequit, quin ab-iecta praepos. otiosa HOMERO reddendum sit: *Fοῖ-vοι Fοινοχοεῦντες*.

¹⁾ Cf. lib. I. annot. ad Il. 1. 598.

In v. 262 latet vitium. Quum enim constat verb. *ξρρώματι*, quae est forma productior verbi *ξρρω*, digamma sibi praefixum habuisse ¹⁾), versus, uti nunc legitur, ab hymni poëta proficisci non potuit. Locus noster magnam similitudinem pree se fert cum initio Theog. HESIODI, ubi eadem fere de Musis narrantur, quae hīc de Nymphis tradit hymni auctor. Eiecto autem *τέ*, vers. voc. haud scio an transponenda sint in hunc modum:

καὶ καλὸν χορὸν ἀθανάτοις μέτα Φερρώσαντο.

Il. 15. 144 praepos. *μετὰ* eodem modo casui suo postponitur:

Φίριν θ', ὥτε θεοῖσι μέτ' ἄγγελος ἀθανάτοισιν.

Pauca etiam dicenda sunt de v. 140. Ibi occurrit voc. *ἄλις*, quod ubique in Iliade et Odyssea, etiam in hymnis antiquioribus, digamma admittit. In Iliade tres tantum loci exstant, (Il. 17. 54; 21, 236 et 344) qui huic litterae adversari videntur; sed ceterorum locorum digamma tuentium auctoritatem non possunt labefactare. Loci ex Il. 21. levi voc. transpositione curantur, si legas nempe: *πολλούς*, *οἵ δια κατ' αὐτὸν ἔσταν Φάλις*, κ. τ. ἐ., et al-

¹⁾ Cff. DAWESIUS, lib. 1. p. 142 seq. et v. GENT, lib. 1. p. 54.

tero loco: π. δ. ῥ. κατ' αὐτόθ' ἔσαν Φάλις, quo
facto uterque versus melius procedit, quum in lec-
tione vulg. syllaba ult. voc. ἄλις arsi tantum pro-
ducatur, iam vero positione longa fiat ¹⁾). Priorem
locum, (Il. 17. 54) qui multis nominibus laborat,
inprimis ob formam anomalam ἀναβέβουχεν,
quam frustra adhuc explicare conati sunt viri docti ²⁾),
non sollicitandum esse puto, sed interpolatori relin-
quendum, quippe qui versum inseruerit, quo tem-
pore voc. ἄλις digamma in desuetudinem abiisset.
Ne quis mihi obiciat me temere hunc versum
HOMERO abiudicasse, supra allatis νοήσιας indiciis hoc
quoque addo, eodem hoc libro v. 450 voc. ἄλις
legi ibique digamma non respuere. Nam, ut Il. 5,
349, scribendum est: η οὐ Φάλις. (Cff. Il. 23. 670;
Od. 2. 312 et passim.) Nisi v. 57 senioris esset
aetatis, aequae ac v. 450 ferret τὸ F. Spurius
ergo est habendus; quam sententiam, versu despe-
rato, ceteroquin non temere pronuntiandam esse
censco. —

¹⁾ Requiritur quoque digamma hymn. in Apoll. 74, ut syllaba
ultima voc. καιρός producatur positione; contra respuit hanc lit-
teram recentissimus hymn. in Herm. 179, 180, 493.

²⁾ Cf. BUTTMANNUS, Lexil. II. p. 123 seqq.

In eadem annot. ad v. 86 locos, ubi verb. *ἐννυμι* et substantiva *εῖμα* et *ἐσθῆς* digamma aspernari videntur, commemorat HERMANNUS. Iam de his videamus.

Il. 3. 57: *λάξινον ἔσσο χιτῶνα κακῶν ἐνεχ' ὄσσα*
ἐσοργας, mihi in censem venire non posse videtur. Hic enim vers., qui cum praecedente inepte additur superioribus, **HOMERO** indignus est, in primis ob insulsum *λάξινον ἔσσο χιτῶνα*. Est pannus assutus recentioris aetatis. V. 224 h. l. ex eodem fonte manavit. De Il. 12. 464 iam supra egimus.

Il. 14. 383; Od. 24. 466. 499, electa partic. *ῥά*, legantur: *αὐτὰρ ἐπεὶ Φέσσοντο κ. τ. ἐ*. Solebant grammatici *ῥ* vel *ῥ̄* pro littera *F* **HOMERO** obtrudere, ne metrum laboraret ¹⁾.

Od. 7. 259 fortasse leg. aut: *ἐνθα μὲν ἐπταετὲς*
μένον ἔμπεδα, Φείματα δ' αἰει, aut aliud voc. circumspiciendum, quod ante digamma ferri possit;
πρῶτον et *πρῶτα* saepissime a diorthotis commutari supra ostendimus.

Od. 14. 510, quomodo sanandus sit, non video.

¹⁾ Exemplorum copiam olim suppeditavit v. GENT in annot. ad Il. 5. 308 seqq. in Miscell. Phil. et Paedag. quae vid.

Sed in vers. praec. quoque digamma turbas excitat; versusque 511 vitiosus est ob verb. ἐπέοιχ, (*ἐπιFεFoιχ*' enim vers. non patitur) quod mutandum est in *FεFoιχ*'. Locus sic refingendus:

ῶν τε FεFoιχ' ίκέτην ταλαπείριον ἀντιάσαντα.

Eadem occurunt Od. 192.

Od. 24. 57 particula *τὲ* quantocius expungenda, uti supra vidimus ad hymn. in Aphrod. 85.

Il. 10. 23 et Od. 14. 529, utroque loco corrigitur *Fεσσατο*.

Od. 6. 82 acutioribus sanandum trado.



SCENICA.

AESCHI. Agam. 483 seq. (462 seq. H.)¹⁾.

*γυναῖκὸς αἰχμῇ πρέπει,
πρὸ τοῦ Φενέντος χάριν ἔνυκινέσται.*

Voc. *αἰχμή*, quum *aciem teli vel hastam* significet, hīc omnino inepte mihi videtur esse positum. Voc. enim notio a BLOMFIELDO, qui *indolem* vertit, ex cogitata, quomodo ex *αἰχμῇ* elici possit, equidem non video²⁾. Sunt, qui putent *αἰχμὴν* de *imperio* dici posse, hoc in primis argumento usi, quod pro

1) Numeri priores sunt edit. stereot. Teubneri, Lips. 1827; alteri edit. HERMANNI, Lips. 1852.

2) KIEHLIUS, in spec., „de Prometheo Aeschyli denuo edendo“ p. 64 seqq. de voc. *αἰχμῇ* disputans significationem „indoles“ ex BLOMFIELDI sententia defendi posse opinatur; sed argumenta non protulit.

scepbris imperii insigne reges antiquitus hastam gesserint ¹⁾. Cui sententiae HERMANNUS ²⁾ quoque addictus videtur. Quidquid autem de voc. *αἰχμὴ* significandi potestate afferant viri docti, nostro loco non convenit eiusmodi notio, sive vera sit sive ficta, quum aliud voc. requiratur ³⁾. Non enim puto Choëph. 630, ubi de *γυναικείᾳ αἰχμῇ* sermo est, huc aliquid facere, quum de re plane diversa agat poëta. Ut BLOMFIELDUS recte videt, loci ratio postulat voc., quod ad *indolem, naturam, ingenium* muliebre spectat. Iam paullo ulterius progressus opinor, *αἰχμῇ* corruptum esse ex *ἀκμῇ*; quae vocc. facile confundi poterant. (AIXMAI=AKMAI) ⁴⁾. Significatio voc. *ἀκμὴ* usitata et primaria est *acies, cuspis.* Porro de *aetatis summo flore seu maturitate* saepius usurpatur: *ἀκμὴ τῆς ἡλικίας* s. *τοῦ βίου* s. *τοῦ ζῆν*; etiam absolute a scriptoribus Atticis dicitur, in primis ab ISOCRATE. Sic AESCH. Pers. 441

¹⁾ Cf. KIEHLIUS, l. 1.

²⁾ HERMANNUS, lib. l. in annot. ad v. 462. *Sceptrum* vertit in annot. ad Choëph. v. 620.

³⁾ Quod KIEHLIUS Prom. 405 Aeschylo restituit voc. *ἀρχή* a loci nostri sententia alienum esse videtur.

⁴⁾ Cf. HERMANNUS in annot. ad Sept. v. 855, unde patet *ἀληφ,* *αὶχμῇ* et *ἀκμῇ* in Codd. confundi.

legitur: ἀκμαῖοι Φύσιν. Ceterum locutiones: χερὸς
ἀκμά, ποδὸς ἀκμὰ pro χείρ ἀκμάζουσα, cet. apud
Tragicos obviae, notissimae sunt. Sic de viris apud
HOMERUM usurpatur voc. βῆ, quemadmodum nostro
loco ἀκμὴ de Clytaemnestra ¹⁾). Quibus rationibus
adductus arbitror verba γυναικὸς ἀκμῇ πρέπει signi-
ficare: Est secundum mulieris *indolem*, quae ad ae-
tatis summum florem pervenerit; quod poëtice effatum
pro: γυναικὶ ἀκμάζουσῃ πρέπει. Eandem sententiam
expressit AESCHYLUS h. fab. v. 592, ubi Clytaemnes-
tram haecce dicentem facit: ἡ κάρτα πρὸς γυναικὸς
αἵρεσθαι κέεται. Poëta autem hisce versibus mulierum
carpit temeritatem et credulitatem, quippe quae
plerumque pro certis accipient, quae dubia sunt et
ἀδηλα. Quod attinet ad quantitatem h. voc. pen-
ultim. syllab., animadvertisendum est eam produci
in *arsi* secundum regulam a KIEHLIO de priore Da-
wesiano canone constitutam ²⁾), quae docet, voca-
lem *brevem* ante *tenues* π, κ, τ vel adspiratas φ,
χ, θ, sequente *quavis liquida*, ut et ante medias

¹⁾ Αἰγισθον βῆ occurrit Choëph. 893; opponitur γῆρας: Πιτ-
Θεως γῆρας legitur Eur. Hipp. 794. Eodem redeunt, quae Ho-
mero frequentantur vocc. ἥς et μέρος.

²⁾ Invenitur in Miscell. Philol. et Paedag. nov. ser. a. 1851.

β , γ , δ sequente ρ , syllabam brevem perpetuo claudere in *thesi* apud Tragicos. Cff. AESCH. Eum. 370; Choëph. 726; Sept. 96. Contra producitur Pers. 441.

AESCH. Choëph. 649 seqq. (640 seqq. H.)

τέκνον δ' ἐπεισφέρει δώμασιν
αἰμάτων παλαιτέρων. τίνει μύσος
χρόνῳ κλυτὴ βυσσόφρων Ἐρινύς.

Cod. Medic. exhibit lectionem: *τέκνον δ' ἐπεισφέρει διμασε δωμάτων παλαιτέρων.* Unde HERMANNUS, aliorum quoque adscitis emendationibus, hosce effecit versus:

τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοισιν, ἐκ δ'
αἰμάτων παλαιτέρων τίνει μύσος
χρόνῳ κλυτὰ βυσσόφρων Ἐρινύς.

Quamquam omnia sic recte quadrant, tamen inspecto strophicō versu 641 (631 H.), antistrophici correctio, ut mihi quidem videtur, probabilis dici non potest. Primum enim v. 641 praepos. *διαί*, ni fallor, abundat ante Δίκης. Scholiasta poëtæ verba explicat: τὸ δὲ ξίφος τῆς Δίκης τὸ ἔχον πικρίαν ἀντικρὺ διὰ πνευμόνων ὄρμῃ, unde apparet eum praep. *δικὶ* apud AESCHYLUM non legisse. Iungenda sunt:

τὸ δξυπευκὲς ξίφος Δίκας ἄγχι πλευμόνων οὐτῷ διανταλαν (πληγήν). Suspicor autem praeposit. abundantem ortam esse e similibus litteris, quae v. 640 et sequenti concurrunt: ΑΙΔΙΚΑΣ=ΔΙΑΙΔΙΚΑΣ, duabus litteris prioribus ter scriptis. Quo posito, versus antistrophicus laborat. E scriptura Cod. Medic. pro vulg. δώμασιν, lectio δόμοις erui potest, qua recepta v. 649 strophicō respondet. Deinde, quae ex ingenio addidit vocc. ἐκ δ' HERMANNUS, codicis auctoritati non satis niti videntur. Pro τίνει leg. coniicio τίνον, ut sit: τέκνον τίνον μύσος. Sic igitur versus mihi videntur scribendi:

τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοις
αἰμάτων παλαιτέρων τίνον μύσος
χρόνῳ κλυτὰ βυσσόφρων Ἐρινύς.

quorum primus concinit cum strophicō:

Δίκας. τὸ μὴ θέμις γάρ, οὐ.

Aesch. Choëph. 734 seqq. (721 seqq. H.)

Αἴγισθον ἡ κρατοῦσα τοὺς ξένους καλεῖν
ὅπως τάχιστ' ἀνωγεν, ὡς σαφέστερον
ἀνὴρ ἀπ' ἀνδρὸς τὴν νεάγγελτον φάτιν
ἐλθὼν πύθηται τήνδε. τ. κ. ἐ.

Pauwius pro vulgata Codd. lectione τοὺς ξένους

coniecit scribendum τοῖς ξένοις, quam coniecturam in textum recepit HERMANNUS. Vulgatam mendo laborare mihi patere videtur e v. 716, ubi regina Aegisthum de Orestis caede certiorem se esse facturam dicit hospitibus, unde confidere licet τῇ κρατούσῃ in animo non fuisse, hospites vel Aegisthum iubere, ut *advocarent*. Neque coniectura Pauwiana, ut nunc quidem locus exhibetur, ullum praebet auxilium. Res enim, si recte video, sic sese habet. Regina nutricem mittit, quae Aegisthum ad colloquium cum hospitibus advocaret; quae nullo modo e vulgata elici possunt. Vitium mihi latere videtur in verbo καλεῖν, quod corruptum est et interpretibus, in loci sensu explicando frustra laborantibus, negotia facessit¹⁾). Iam omnes istae difficultates tolluntur, si pro καλεῖν restitueris μολεῖν. Sensus non amplius obscurus est, sed bene procedit. Dicit enim nutrix: „Regina Aegisthum iubet „quam celerrime hospites convenire.” cet. Quod sequentibus etiam confirmatur. V. 766 chorus rogit: πῶς οὖν κελεύει νιν μολεῖν ἐσταλμένον; quae verba cum nutricis dictis egregie conspirant. Exempla

¹⁾ Vid. HERMANNUS in annot. ad h. v.

similis constructionis verbi μολεῖν cum accusativo personae, qui dicitur, iuncti, desidero; contra copiam exemplorum suppeditant lexica, ubi cum dativo iungitur. Recepta autem mea suspicione, coniectura a PAUWIO proposita admittenda videtur totusque locus sic legendus:

Αἴγισθον ἡ κρατοῦσα τοῖς ξένοις μολεῖν
δπως τάχιστ' ἀνωγεν. κ. τ. ἐ.

AESCH. Choëph. 902. (890 H.)

ἀπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἡγοῦ πλέον.

Frustra interpretes conati sunt hunc versum ita explicare, ut probabilis nostroque loco appositus sensus exiret. GROTIUS vertit: "omnes tibi hostes iu-
"dica praeter Deos." STANLEIUS: "omnes prius hos-
"tes quam Deos existimes." SCHUETZIUS loci sensum magis secutus, sic Latine reddit: "omnium potius „inimicitias tibi suscipiendas crede, quam Deorum." Ad partes vocat h. fab. v. 905, qui nihil habet commune cum versu, de quo iam agimus. Neque GROTIUS versio, neque quae SCHUETZIUS Latine interpretatus est, Graecis verbis mihi inesse videntur. Aeschylea enim, ut versioni Schützianae responderent,

in hunc modum, ni fallor, enuntianda fuissent:

ἀπάντων ἐχθροὺς τοὺς θεοὺς ἡγοῦ πλέον,
 (quae tamen in senario non possunt admitti), quemadmodum infra v. 905 legitur:

καὶ ζῶντα γάρ νιν κρείσσον' ἡγήσω πατρός.

Locum, ut nunc se habet, optime intellexit STANLEIUS, neque aliter AESCHYLI verba explicat Scholiasta: *πλέον λέγε* ¹⁾, *πάντας ἀνθρώπους ἔχειν* (*ἢ hīc est inserendum*) *θεοὺς ἐχθρούς*. At haec plane absurdā et ē regione opposita sunt iis, quae Pyladen Oresti dicere voluisse consentaneum est. Respondet autem Orestes v. 903:

χρίνω σὲ νικᾶν καὶ παραινεῖς μοι καλῶς.

Quae sine dubio demonstrant, Pyladen amicum adhortatum esse, ut virum se praestaret, neque amplius dubius haereret, utrum matrem occideret an Apollinis oraculum negligeret. Eiusmodi vero adhortatio vulgata lectione non continetur, sed ea his verbis inest sententia, quae Pyladen Oresti caedem dissuadentem nobis exhibet. Nihil aliud dicit nisi hoc: pluris facias, *omnes* tibi *inimicos* esse quam

¹⁾ *Δίγειν* eadem significandi potestate i. e. *τοῦ τομιζεῖν* usurpatum vide apud Soph. Antig. 183, 462. et passim.

Deos; quod nihili est, imo Pyladen amicum ad caedem excitantem quam maxime dedecet. Vitium alere locum mihi videtur neque dubito, quin verb. ἡγοῦ corruptum sit. Puto pro ἡγοῦ, levi sane mutatione, nostro loco esse rescribendum ἔλοῦ; quo recepto, sententia:

ἀπαντας ἐχθροὺς τῶν θεῶν ἔλοῦ πλέον.

cum superioribus bene cohaeret. Sensus enim fit: *magis eligas omnes tibi inimicos esse quam Deos vel, quod eodem redit, cunctorum infestum animum inimiciis Deorum preefer, anteponas.* „Cave, inquit „Pylades, Deos tibi infestos reddas: praestat enim „cunctorum hominum inimicitias suscepisse quam „Deorum.” Sic μᾶλλον αἰρεῖσθαι apud EUR.

Orest. 752:

τὸ τοῦδε κῆδος μᾶλλον εἴλετ' ἢ πατρός.

Πλέον pro μᾶλλον positum vide apud AESCH. Prom. 41; Eum. 163; πλέον τι loco μᾶλλόν τι Prom. 843 et passim. Scripturae discriminem fere nullum est:
ΕΛΟΤ = ΗΓΟΤ.

AESCH. Eum. 118. (121 H.)

μόλοιτ' αὖ, ἀνὴρ δ' οἴχεται Φεύγων πρόσω.

In omnibus, quod scio, AESCHYLI editionibus hic

versus sic legitur, neque HERMANNUS aliquid mutandum esse censuit. Vel sic tamen in mendo cubare locum opinor et particip. Φεύγων vitiosum esse contendo. Puto autem pro praes. particip., aor. sec. Φυγῶν esse reponendum. Non enim Clytaemnestra de recenti Orestis *fuga* loquitur, quasi eum *etiam tum fugientem* conspiceret, quod particip. Φεύγων omnino significaretur, sed dicere vult, Oresten, olim fugâ captâ, *abiisse* neque amplius in conspectu esse. Φεύγων οἴχεται significat: *dum fugit, abest*; Φυγῶν οἴχεται vero indicat Oresten, *captâ fugâ, abesse salvumque evasisse*, quum in hac locutione τὸ οἴχεσθαι in primis urgeatur, in illa contra τὸ Φυγεῖν maxime in censem veniat. Ceterum e praecedentibus patet hîc omnino particip. Φυγῶν requiri, quum v. 111 seq. Clytaemnestram inducat poëta haecce dicentem:

ο δ' ἐξαλύξας οἴχεται νέβρου δίκην,
καὶ ταῦτα κούφως ἐκ μέσων ἀρκυστάτων
ἄρουσεν, κ. τ. ἐ.

Infra v. 122 eadem Choro nuntiat:

Φοινεὺς δ' Ὁρέστης τῆσδε μητρὸς οἴχεται.

Ex quibus palam fit τοῦ οἴχεσθαι praecipue habendam

esse rationem. Cf. etiam h. fab. v. 147:

Ἐξ ἀρκύων πέπτωκεν, οἴχεται δ' ὁ θῆρ.

AESCH. Eum. 410 seqq. (402 seqq. H.)

ὑμᾶς θ' ὅμοιας οὐδενὶ σπαρτῶν γένει,
οὔτ' ἐν θεαῖσι πρὸς θεῶν ὄρωμένας,
οὔτ' οὖν βροτείοις ἐμφερεῖς μορφώμασι.

Quid v. 411 significet locutio *πρὸς θεῶν ὄρᾶσθαι* neque ego video, nec quemquam ita explicaturum esse arbitror, ut probabilis inde sensus exeat nostroque loco accommodatus. Participium *ὄρωμένας*, ni fallor, corruptela laborat, quae tamen facili negotio tolli potest. Prima voc. littera *o* in *ε* mutanda est, quo facto *ἐρωμένας* evadit; et sic olim lectum esse mihi verisimile videtur. Commutatio autem litterarum *O* et *E* frequens est et notissima. Praeterea v. 68 seqq., ubi Apollo Eumenides gravissimis incessit conviciis, sic loquitur deus:

ὕπνῳ πεσοῦσαι δ' αἱ κατάπτυστοι κόραι,
γραῖαι, παλαιαι παῖδες, αἵς οὐ μίγνυται
θεῶν τις οὐδ' ἀνθρωπος οὐδὲ θῆρ ποτε¹⁾.

1) Similia de Calypso tradit Hom. Od. 7. 246 seq.

οὐδέ τις αὐτῇ
μίσγεται, οὔτε θεῶν, οὔτε θητῶν ἀνθρώπων.

idem significari videtur, quod hīc Athene verbis:
 οὗτ' ἐν θεαῖσι πρὸς θεῶν ἐρωμένας Eumenidibus
 obiicit. Quae si ita sunt, coniecturae nostrae favere
 videntur.

SOPH. Oed. Tyr. 863 seqq. ¹⁾.

εἴ μοι ξυνείη Φέροντι
 μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἀγνείαν λόγων
 ἔργων τε πάντων. κ. τ. ἐ.

In versu priore, quid sibi velit *Φέροντι*, iunctum
 obiecto *τὰν εὔσεπτον ἀγνείαν*, difficile dictu est.
 Interpretes vertunt: "fatum utinam mihi contingat
 pietatem *colere*;" quae licet poëta hoc dicere ma-
 nifeste voluerit, tamen chori verbis non insunt.
 Verb. *Φέρειν* vitiosum esse, quis non videt? Re-
 ponendum est verbum, quod revera *colendi* habet
 significandi potestatem et apud Tragicos saepius
 hac notione occurrit, nempe *τρέφειν* ²⁾. Cff. h. fab.
 356; Aiac. 1124; Antig. 1089; Oed. Col. 186;

¹⁾ Numeri sunt edit. stereot. Teubneri, Lips. 1825.

²⁾ De quo verbo, Sophocli frequentato, vidd. CASAUB. ad Athen.
 p. 549 et VALCKEN. ad Hipp. v. 364. Plerumque nihil aliud signi-
 ficat, nisi *ξεινός*.

AESCH. Eum. 754. — Sic demum SOPHOCLES dici potest scripsisse, quod revera voluit, nimirum:

εἴ μοι ἔνυείη τρέΦοντι;
μοῖρα τὰν εὔσεπτον ἀγνείαν λόγων. κ. τ. ἐ.

Eadem verborum *Φέρειν* et *τρέΦειν* commutatio olim obtinebat apud XENOPH. Ages. 1. 20, ubi pro *στράτευμα* *Φέρειν*, correxit *στρ. τρέΦειν* vir doctissimus VAN GENT¹⁾.

Similem errorem mihi deprehendisse videor apud ARIST. Nub. 14, ubi pro: ὁ δὲ κόμην ἔχων leg. esse suspicor: ὁ δὲ κόμην τρέΦων²⁾. Non enim quod comam *haberet*, Strepsiades filium suum reprehensione dignum censebat, sed nimium eius capillos *alendi* et *comendi* studium aegre ferebat; in quibus *τρέΦειν* solemne est verbum. — In Vesp. 473 seqq. Chorus in Bdelycleonem invehitur hisce verbis:

σοὶ λόγους, ὡς μισόδημε,
καὶ μοναρχίας ἐραστά,
καὶ ἔνυῶν· Βρασίδῃ, καὶ Φορῶν κράσπεδα
στεμμάτων, τὴν θ' ὑπήνην ἀκουον τρέΦων;

¹⁾ Vid. eius Observv. et Coniectt. in nonnull. Graec. scriptt. locos in Miscell. Philol. et Paedag. Observ. VI.

²⁾ Uno verbo dicitur: *κομῆν*; quod, quia longa coma superbiae et ostentationis indicium haberi solebat, etiam habet significationem *superbiendi*, *magnos spiritus gerendi*. vid. Arist. Eq. 580; Vesp. 1317.

Cff. porro: EUR. Bacch. 494; PLÚT. Ages. 30;
HEROD. I. 82.

EUR. Hec. 1151 seqq. ¹⁾.

πολλαὶ δὲ χειρὸς αἱ μὲν ἐξ ἀριστερᾶς,
αἱ δὲ ἔνθεν, ὡς δὴ παρὰ Φίλῳ, Τρώων κόρων
βηκοῦσ', ἔχουσαι κερκίδ' Ἡδωνῆς χερός,
ἥνουν θ', ὑπ' αὐγὰς τούσδε λεύσσουσαι πέπλους
ἄλλαι δὲ κάμακα Θρυκίαν θεάμεναι,
γυμνόν μ' ἔθηκαν διπτύχου στολίσματος.

Nonnulla in verss. 1155 et 1156, ut mea quidem fert opinio, correctione indigent. Primum autem pro singulari κάμακα pluralis κάμακας videtur restituendus, arguente vers. sequenti, ubi voc. διπτυχος numerum pluralēm indicat. Apud HEROD. VII. 76, quo loco Thracum describitur armatura, legimus: — ἀσπίδας δὲ ὡμοβοῖνας εἶχον σμικρὰς καὶ προβόλους δύο λυκιοεργέας ἔκαστος εἶχε. z. τ. ε. — Voc. κάμαξ pro δόρυ vel λόγχῃ occurrit

¹⁾ Numeri sunt edit. stereot. c. annott. L. DINDORFI, Lips. apud Teubn. 1825.

apud **AESCH.** Agam. 66; **EUR.** Elect. 852; Phoen. 1403; **ARIST.** fr. 357 D. et passim. — Deinde v. 1156 voc. *στόλισμα* corruptum est. Solet enim de vestimento usurpari, de quo iam sermo non est. Loquitur poëta de duabus hastis, quas Thraces gestare solebant quaeque ab **HERODOTO** l. supra l. memorantur. Aliud igitur voc. est quaerendum, quo *κάμακες* istae significantur. Non prorsus alienum videatur voc. *δπλισμα*. Occurrit apud **EUR.** Suppl. 714, ibique de clava usurpatum; apud **PLAT.** Pol. p. 279 D.: *τὰ πρὸς πόλεμον δπλίσματα*. — Idem significat, quod *δπλον*. Hoc voc. cum adiect. *γυμνὸς* compositum invenitur apud **HEROD.** II. 141; **DIOD.** VII. 9, uti nostro loco, legitur *γυμνὸς δπλίσματος*; ceteroquin locutio est satis usitata omnibusque nota. Verum, si legimus *διπτύχου δπλίσματος*, hiat versus; cui vitio medeberis, si pro singulari numero pluralem *διπτύχων δπλίσματων* reposueris, quod bene convenit cum vers. praeced. neque dictioni Euripideae repugnat. Solet enim poëta pro *δισσὸς*, *διπλοῦς*, *διπτύχος* num. plur. usurpare. Vid. v. c. h. tab. 1287; *διπτύχους νεκρούς*; Orest. 633: *διπλῆς μερίμνης διπτύχους ὄδούς*; cf. porro: Phoen. 1354 et ibid. 1635, ubi *τριπτύχων*. Quod ad scripturae discriminem,

non diu corruptelae origo latebit, si utrumque voc.
 $\sigma\tau\acute{o}\lambda\iota\sigma\mu\alpha$ et $\delta\pi\lambda\iota\sigma\mu\alpha$ quadratis litteris exaraveris.
 Sic ergo versus scribendos esse censeo:

$\ddot{\alpha}\lambda\lambda\alpha\iota\ \delta\dot{\epsilon}\ k\acute{a}\mu\alpha\kappa\alpha\iota\ \Theta\rho\eta\kappa\iota\alpha\iota\ \theta\epsilon\acute{a}\mu\mu\epsilon\nu\alpha\iota\,$
 $\gamma\mu\mu\nu\acute{o}\nu\ \mu'\ \ddot{\epsilon}\theta\eta\chi\chi\alpha\ \delta\iota\pi\tau\acute{u}\chi\omega\mu\ \delta\pi\lambda\iota\sigma\mu\alpha\tau\omega\mu\cdot$

Sed erunt fortasse, haud seio an merito, quibus correctio a me proposita nimis violenta parumque probabilis videatur, in primis hanc ob causam, quod progenit. singul. utriusque voc. plural. reposuerim. Utut est, aliam etiam, quae mihi se obtulit, proferre lubet, coniecturam, utpote quae a nostro loco non prorsus aliena videatur, contra multa habeat, quibus se commendat. Verb. est $\sigma\tau\acute{o}\chi\acute{\alpha}\zeta\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$, unde derivatur subst. $\sigma\tau\acute{o}\chi\alpha\sigma\mu\alpha$, quod proprie significat id; quo ad scopum collimatur, deinde valet *iaculum*, *missile*, quo feras petimus. Unicus tantum mihi innotuit locus, ubi hoc voc. occurrit: EUR. Bacch. 1205, Agave, "praedam, inquit, cepimis οὐκ ἀγκυλωτοῖς" "Θεσσαλῶν στοχάσματιν" κ. τ. ἐ.; e quo loco constat, $\sigma\tau\acute{o}\chi\alpha\sigma\mu\alpha$ de telis venatoriis usurpari. De quibus in Hecubae quoque loco sermo iniici videtur. Polymestor enim, quemadmodum ex praeced. patet (v. 963 seq.), in mediis Thraciae montibus degens aberat, quum Hecubae ancilla cum, dominam

ut conveniret, arcessebat, neque dubitari potest, quin rex venationi vacasset, quum domum redux in servam incideret. Verba enim: *τυγχάνω γὰρ ἐν μέσοις Θρήκης ὅροις ἀπών*, satis superque demonstrant, poëtam voluisse significare, regem venandi studio indulsisse, priusquam eum cum Hecuba colloquentem in scenam produceret. 'Εν ὅροις enim venatores feras persequi solebant. Cff. v. c. hymn. in Aphrod. 18; EUR. Hipp. 215 seqq. et passim. Iam verisimile est Polymestorem, prae insidiarum metu fortasse (cf. v. 1017), iaculis venatoriis etiam tum instructum, Hecubam convenisse; mirum igitur accidere non potest, nostro loco voc. *στόχασμα* usum esse EURIPIDEM¹⁾. Voc. *στόχασμα* scriptura proxime accedit ad *στόλισμα*. (**ΣΤΟΧΑΣΜΑΤΟΣ=ΣΤΟΛΙΣΜΑΤΟΣ**). Neque praetervidendum est litteras Λ et Χ saepissime commutari, quod hīc quoque obtinere potuit. Quibus litteris confusis voc. *στόλασμα* natum est; quod, quum nihili esset, in *στόλισμα* depravarrunt librarii, mirabile quid se excogitasse rati. Iam numerus singul. retineri potest et legi: διπτύχου

¹⁾ Passim apud Hom. belli duces, praeter galeam et scutum, gestant δίο δοῦρε. Cff. v. c. Il. 10. 76; etiam in itinere, ut traditur Od. 1. 256; 18. 377.

στοχάσματος; atque ita scripturae mutatio fit per exigua correctioque probabilior. Nam haud sum ignarus in critice exercenda rem palaeographicam maximi esse momenti ad confirandas et probandas, quae in antiquos scriptores proponuntur, conjecturas.

EUR. Phoen. 208 seqq.

'Ιόνιου κατὰ πόντου ἐλά-
τα πλεύσασα περιρρύτων
ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων
Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖς
ἰππεύσαντος ἐν οὐρανῷ
κάλλιστον κελάδημα.

In loco impeditissimo, quidquid excogitaverint interpretes, verb. *iππεύσαι* mihi corruptum videtur ¹⁾. Locus Horatianus lib. IV. carm. 4. 44: "vel Eurus // per Siculas *equitavit undas*," qui ab omnibus edit. diligenter ad partes vocari solet, quamquam primo obtutu ad Euripidei versus exemplum factus vide-

¹⁾ Cf. in primis VALCKEN. ad. h. l.

tur, cum eo tamen nihil commune habet. Primum enim, quod minoris forte est momenti, in altero versu de *Zephyro*, in altero vero de *Euro* sermo est, h. e. de ventis e regione oppositis agitur. (cfr. Od. 5. 332; 19. 206). Praeterea, quod haud spernendum, PEERLKAMPIUS in annot. ad carm. laud. strophēn totam, in qua decantata ista occurrit imitatio, MORATIO abiudicat, quippe glossam poëticam grammatici alicuius continentem. Argumentum igitur, ad quod omnes EURIPIDIS Phoenissarum editores certatim provocarunt, quo lectionem *ἱππεύσαντος* stabilirent scilicet, ad nihilum redigitur, quum grammaticus ignotus in summi poëtae locum subeat. Iam verisimile fit istum grammaticum voc. *ἱππεύσαντος*, olim depravatum, apud Tragicum nostrum invenisse atque inde suum versum, Zephyro in Eurum mutato, effinxisse. Paraphrasten autem aliud quid apud EURIPIDEM legisse, luce clarius cst, quum in paraphrasi chori verba:

ΖεΦύρου πνοαῖς
ἱππεύσαντος ἐν οὐρχυῷ
κάλλιστον κελαδημά.

explicet: ΖεΦύρου σφοδρῶς πνεύσαντος ἐν τῷ ἀέρι κάλλιστα κελαδήματα. Neque aliter scholiasta ad

iππεύσαντος annotat: ΣΦοδρῶς καταπνεύσαντος ἐξ
ὕψους τὸ κάλλιστον ἔαυτοῦ πνεῦμα. In quibus, ni
fallor, genuina poëtae manus statim agnoscitur,
qui sine dubio scripsit:

Ζεφύρου πνοαῖ-
σι πνεύσαντος ἐν οὐρανῷ
κάλλιστον κελάδημα.

Haud me fugit, viros doctos variis modis conatos
esse hunc locum expedire, quum constructionem,
quae dicitur, laborantem viderent. Quomodo vero
explicari possint: Ζέφυρου πνοαῖς *iππεῦσαι* ἐν οὐ-
ρανῷ κάλλιστον κελάδημα, me non intelligere inge-
nue fateor. VALCKENAERIUS et DOBRAEUS¹⁾ difficul-
tates sustulisse sibi visi sunt, si verba κάλλιστον
κελάδημα nude sic posita esse intelligerentur. Hic
ad suam opinionem corroborandam h. fab. attulit
v. 655. Sed huius loci alia ratio est. Βάκχιον
χόρευμα appositio est pron. ὅν. Porro provocavit
ad EUR. Orest. 499: αἴσχιστον ἔργον, οὐ γὰρ αἰνέσω
ποτέ; qui vers. nihil pro summi viri sententia pro-
bat. Respicit enim ad praecedentia continetque
effatum in parenthesi additum, quod itidem obtinet

¹⁾ Vidd. DOBRAEI Adversaria ad Eur. Herc. fur. v. 978.

Herc. fur. 978. — Non nego dici posse ΖέΦυρον
*i ππεῦσας*¹⁾, quemadmodum Latine bene dicitur
 ventum vel Eurum *equitare*; hoc tantum contendo
i ππεῦσας κελάδημα Graece dici non posse,
πνεῦσας κελάδημα contra Graecum esse atque de
 Zephyro spirando in coelo strepitum effidente op-
 time procedere. Fortasse aliquis mihi ingratum
 voce. *πνοαῖσι πνεύσαντος* concursum obiiciet; sed
 non desunt eiusdem analogiae exempla apud Tra-
 gicos. Sic v. c. EUR. Herc. fur. 1092 seq. le-
 gitur:

καὶ πνοὰς θερμὰς πνέω,
 μετάρσι, οὐ βέβαια, πνευμόνων ἄπο.

SOPH. Antig. 586 seqq.

διοῖον ὥστε ποντίαις
 οἴδμα δυσπνόοις ὅταν
 Θρήσσησιν ἔφεβος Ὕφαλον ἐπιδράμη πνοαῖς,
 κυλίνδει κ. τ. ἐ.

¹⁾ Ventos *equo vel curru vehi*, quamquam consentaneum videtur, tamen non memoratur in antiqua horum deorum mythologica ratione et descriptione apud Hom. Od. 10. Recentioris aetatis poetum inventum mihi esse videtur.

EURIPIDI igitur si suam manum restitueris, totus
locus in hunc modum refingendus videtur:

'Ιόνιον κατὰ πόντον ἐλάχ-
τρα πλεύσασα, περιρρύτων
ὑπὲρ ἀκαρπίστων πεδίων
Σικελίας Ζεφύρου πνοαῖ-
σι πνεύσαντος ἐν οὔρχυῳ
κάλλιστον κελάδημα.

Vocc. *πνοαῖσιππεύσαντος* si uncialibus litteris uno-
que tenore exaraveris: (ΠΝΟΑΙΣΙΠΠΕΤΣΑΝΤΟΣ=
ΠΝΟΑΙΣΙΠΝΕΤΣΑΝΤΟΣ) apparebit, quam facili
negotio similia similibus corrumpantur. — Cete-
rum locus Euripideus factus est ad exemplum
nom. Od. 2. 420 seq.:

τοῖσι δὲ Φίγμενον 1) οὖρον ἔι γλαυκῶπις Ἀθήνη,
ἀκραῆ Ζέφυρον, κελάδοντ' ἐπὶ Φοίνοπα πόντου.

et Od. 15. 292 seq.:

τοῖσι δὲ Φίγμενον οὖρον ἔι γλαυκῶπις Ἀθήνη,
λάβρον ἐπαιγίζοντα δι' αἰθέρος. κ. τ. ἐ.

Sic etiam Hec. 930 seqq.: ὡς παιδες Ἐλλάνων —
οἴκους; EURIPIDI ob oculos fuit Il. 1. 19.

Scd vel sic tamen in superioribus multa restant,
quae iam olim Phoenissarum editoribus negotia fa-

¹⁾ Cf. v. GENT, lib. 1. p. 51 seq.

cesserunt; neque ad hunc usque diem difficultates sublatae videntur. In Phoeniss. edit. (ad v. 216 seqq.) VALCKENAERIUS difficultates istas attigit quidem, non vero sustulit. Memoratur coniectura STANLEII, qui pro vulgato Σικελίας rescribendum putavit Κιλικίας; sed nihil ista correctione lucramur, quae a VALCKENAERIO optime est refutata. Recte, ut mihi quidem videtur, distinctionem posuit ille post partic. πλεύσασα, ita ut sequentia omnia ad Ζεφύρου, non ad πλεύσασα referantur. Porro epitheton ἀκάρπιστος de Sicilia ineptissime usurpatum merito vituperatur, et valde arridet KINGII suspicio εὐκαρπίστων corrigentis, quippe quae omnino scrupulum eximere videatur, quem adiect. ἀκάρπιστος omnibus interpretibus iure iniecit. At metrum obstat, neque igitur Kingiana coniectura admitti potest. Utut est, locus etiam nunc laborat, necdum medicinam nactus est. Operaे pretium esse videtur loci nostri explicationes a paraphrasta et scholiasta datas inspexisse, quorum ille vertit ἀκάρπιστος: πολύκαρπος, hic in scholio duplicem affert interpretationem. "Ακάρπιστα, inquit, οἱ μὲν τὰ πολύκαρπα, οἱ δὲ τὰ θαλάσσια πεδία. κ. τ. ἔ." Unde VALCKENAERIUS scholiasten εὐκαρπίστων legisse coniicit. — Liceat mihi, pace viri summi,

quid mea hac in re opinio ferat, paucis proferre. Secundum memoratas paraphrastae scholiastaeque interpretationes, voc. ἀκάρπιστος recte sese habere mihi videtur et ab EURIPIDE ea significandi potestate usurpatum esse, quae a recentioribus interpretibus minus est intellecta. Nimirum voc. ἀκάρπιστος ex mea opinione idem significat, quod alio adiectivo ἀθέριστος dici potest i. e. *non demessus*. Πεδία ἀκάρπιστα igitur sunt *arva non demessa*, nequaquam vero sterilia, imo *fertilia*, quod bene convenit in Siciliam, *gratam domum Cereri*; sic etiam epitheton ab utroque nostri loci interprete intellectum fuisse inde patet, quod in sua quisque explicatione πολύκαρπος pro ἀκάρπιστος posuerit. Neque absurde, puto; quum in Graeco sermone eiusdem analogiae plurima extant adiectiva, quae allatae significationi omnino favere videntur. Sic v. c. ἀκόλαστος, ἀγύμναστος sunt adiectiva eodem modo, quo ἀκάρπιστος, formata; quorum vis notissima est. Nonnulla eiusmodi adiectiva indicant notionem adiectivorum Latinorum in -*bilis* desinentium. Sic ἀνίκητος¹⁾ valet *invictus*, deinde *insuperabilis*; ἀνέλπιστος

¹⁾ Cf. v. c. Soph. Antig. v. 781: "Ἐρως ἀνίκητε μάχαρ.

significat *insperatus* et porro, *quod sperari nequit*. Ex qua regula optime deduci potest vis voc. ἀκάρπιστος nostro loco requisita, nempe: *qui demeti non potest*. Πεδία ἀκάρπιστα Σικελίας itaque sunt: arva Siciliae, quae (prae agri fertilitate) *demeti non possunt*, τῶν οὖποτε καρπὸς ἀπόλλυται οὐδὲ ἀπολείπει, quemadmodum dicit οὐμ. Od. 7. 117, qui istam fertilitatem in Alcinoi hortis conspicuam Zephyri flatibus deberi tradit v. 118 et 119 eod.; neque, qui eum saepius imitatus est, EURIPIDES, ἀκάρπιστα πεδία cum Ζεφύρου πνοαῖς componere omisit.

ARIST. Nub. 1304 seqq. ¹⁾)

στρ.

οἶον τὸ πρᾶγμάτων ἐρᾶν
Φλαύρων. ὁ γὰρ γέρων
ἐραστήσας
ἀποστερῆσαι βούλεται
τὰ χρήματ' ἀδανείσατο·
κούκ εσθ' ὅπως οὐ λήψεται
τι πρᾶγμα, ὁ τοῦτον ποιή-

¹⁾ Numeri sunt edit. stereot. Lips. apud Tauchn. 1842.

σει τὸν σοφιστήν, ὃν πανουρ-
 γεῖν ἥρξατ' ἐξ-
 αίφνης λαβεῖν κακόν τι.
 οἴμαι γὰρ αὐτὸν αὐτίχ' εὖ-
 ἀντ.
 ρήσειν, δύπερ πάλαι
 ποτ' ἐζήτει,
 εἶναι τὸν υἱὸν δεινόν οἱ
 γνώμας ἐναντίας λέγειν
 τοῖσιν δικαίοις, ὃστε νι-
 κᾶν ἀπαντας, οἴσπερ ἀν
 ξυγγένηται, καν λέγη
 παμπόνηρ· ἵσως ἵσως
 βουλήσεται
 κᾶφωνον αὐτὸν εἶναι.

In hoc choro, qui e strophe et antistrophe constat, nonnulla vitiosa offendunt. Iam statim apparet strophen decem habere versus, antistrophen vero undecim verss. contineri. Deinde v. 1309: *τι πρᾶγμα*' ὁ τοῦτον ποιή- turbatus est neque respondet antistrophico 1317: καν ἀπαντας, οἴσπερ ἀν. Quid sit ἐραστήσας et unde derivetur non intelligo. Fortasse pro vitioso ἐραστήσας corrigendum ἐραστὴς ὃν, uti legitur h. fab. v. 1460: πονηρῶν ὅντ' ἐραστὴν πραγ-

μάτων. Ut vers. 1309 medeamur, particula τ' , exsequente π (II) orta, textu movenda est et syll. $\sigma\epsilon$ e. v. 1310 in praeced. v. releganda, quo facto versus cum antistrophico suo bene congruit. Particula τ hīc plane est otiosa; Graeca enim locutio est: $\pi\rho\alpha\gamma\mu\alpha$ v. $\pi\rho\alpha\gamma\mu\alpha\tau\alpha$ $\lambda\alpha\mu\beta\acute{\alpha}\nu\epsilon\nu$, $\ddot{\epsilon}\chi\epsilon\nu$; (cff. XENOPH. r. Lac. 2. 9; h. fab. v. 1216) articulus aliave particula non additur. Comma denique ponatur post $\eta\rho\xi\alpha\tau'$. — Iam in antistrophe omnia bene cum strophicis conspirant usque ad v. 1316, qui respondet v. 1308: $\kappa\omega\kappa \xi\sigma\theta' \delta\pi\omega\varsigma \, o\bar{u} \, \lambda\bar{u}\psi\epsilon\tau\alpha\iota$; in seqq. vero turbae manifestae deprehenduntur. In v. 1317 et 1318 glossemā latere mihi videtur, quo facile carere possumus. Verba autem: $\o\bar{i}\sigma\pi\epsilon\rho \, \hat{\alpha}n \, \xi\upsilon\gamma\gamma\acute{\epsilon}\nu\eta\tau\alpha\iota$, nil nisi explicationem continent voc. $\hat{\alpha}\pi\alpha\gamma\tau\alpha\varsigma$ (scil. $\delta\iota\kappa\alpha\iota\omega\varsigma$) eamque pravam, neque iis, quae poëta dicere voluit, accommodatam. Quemadmodum enim supra v. 887 seq. Strepsiades dicit Socrati:

$\tau\omega\tilde{\tau}\tau\, \gamma\omega\tilde{\nu}\, \mu\acute{\epsilon}\mu\eta\sigma', \delta\pi\omega\varsigma$
 $\pi\rho\delta\varsigma \, \pi\acute{\alpha}\nu\tau\alpha\tau\hat{\alpha} \, \delta\iota\kappa\alpha\iota' \, \hat{\alpha}\nu\tau\iota\lambda\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\nu \, \delta\upsilon\eta\acute{\sigma}\epsilon\tau\alpha\iota.$

sic nostro loco, ubi chorus memorat $\delta\pi\epsilon\rho \, \pi\acute{\alpha}\lambda\alpha\iota$ $\pi\omega\tau' \, \dot{\epsilon}\zeta\acute{\eta}\tau\epsilon\iota \, \delta \, \Sigma\tau\rho\epsilon\psi\iota\acute{\alpha}\delta\eta\varsigma$, iisdem fere verbis senis desiderium exprimitur:

εῖναι τὸν υἱὸν δεινόν οἱ
γυνώμας ἐναντίας λέγειν
τοῖσιν δικαίοις, ὥστε νι-
κᾶν ἀπαντας.

Quae inter se collata mihi arguere videntur verba:
οἴσπερ ἀν ξυγγένηται, non solum non requiri, ve-
rum prorsus abundare.

Quibus igitur *electis*, antistrophe cum strophe ab
omni parte concinnat versumque numerus est ae-
quatus.

ARIST. Nub. 1350 seq.

ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ θρασύνεται· δῆλον τὸ λῆμ
ἐστὶ τὸν θρωπόπου.

Hi versus, qui cum antistrophicis 1396 seq.:

τὸ δέρμα τῶν γεραίτέρων λάβοιμεν ἀν
ἀλλ' οὐδὲ ἐρεβίνθου.

non conspirant, vocc. transpositione insertaque par-
ticula γε post δῆλον, in ordinem redigi possunt hoc
modo:

ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ θρασύνεται· δῆλόν γε τὸν
θρωπόστι τὸ λῆμα.

Sic omnia sibi respondent et salvum est metrum.
 Non opus erit demonstrare , particulam γὲ post
 δῆλον positam nequaquam esse otiosam , quum eius
 vis et significandi potestas ex innumerabilibus ARIS-
 TOPHANIS locis luce clarius appareat omnibusque
 innotuerit. Facile autem loco nostro perire potuit
 γὲ et in τὸ mutari , quandoquidem inter utramque
 particulam (ΓΕ=ΤΟ) exiguum intercedat scripturae
 discriminem. Cuius confusionis si rationem habueris ,
 verisimile fit ceteras horum versuum turbas ex de-
 scribentium metri imperitia ortas esse , utpote qui
 parum curarent an , quos temere corrupissent ver-
 sus , cum antistrophicis apte congruerent.

ARIST. Eq. 430 seq.

ἔξειμι γάρ σοι λαμπρὸς ἥδη καὶ μέγας καθιείς ,
 ὅμοι ταράττων τὴν τε γῆν καὶ τὴν θάλατταν εἰκῇ .

In versu priore voc. λαμπρὸς vitium alere mihi
 videtur. Quum enim inde a.v. 430 usque ad v. 441
 Cleonis insolentia cum venti vehementis flatibus

comparetur, vereor, ne perierit epitheton, quod de vento solemne est. Iam, quid ARISTOPHANES scripsit, diu latere non potest. Exquisitum adiect. de vento cum impetu spirante atque, ut opinor, notissimum est *λάβρος*, indeque adv. *λάβρως*. Sic v. c. apud *ΙΩΝ.* Il. 2. 147 seq. legimus:

'Ως δ' ὅτε κινήσει Ζέφυρος βαθὺ λήιον ἐλθών,
λάβρος ἐπαιγίζων. κ. τ. ἐ.

Od. 15. 292 seq.:

τοῖσι δὲ Φίγμενον οὖρον ἔει γλαυκῶπις Ἀθήνη,
λάβρον ἐπαιγίζοντα δι' αἰθέρος. κ. τ. ἐ.

In *ΑΕΣCH.* Pers. 108 seqq. chorus canit:

ἔμαθον δ' εὐπόροιο θαλάσσης
πολιαινομένης πνεύματι λάβρῳ,
ἐσορᾶν πόντιον ἄλσος. κ. τ. ἐ.

Porro a *ΒΙΟΔ.* V. 26 *ἄνεμοι* dicuntur *λάβρως* καταιγίζοντες. Huius fab. v. 760 eadem quae nostro loco occurrit, imagine utitur poëta et iunguntur πολὺς καὶ λαμπρὸς; nullum est dubium, quin ibi quoque *λάβρος* sit restituendum. Lexicographi quidem complures afferunt locos, ubi *λαμπρὸς* de vento usurpat. Vidd. v. c.: *HEROD.* 2. 96; *ALEX. ap. ATHEN.* p. 338; *ΑΕΣCH.* Agam. 1180; sed perperam, ni fallor. Metrum non repugnat, quin laudatis poëtis suum

cuique λάβρος restituatur, neque HERODOTUS diutius sua manu careat. Non omnes loci mihi innotuerunt, ubi corrupte λαμπρὸς pro λάβρος legitur; tamen mihi persuasum est ubique solemne epitheton esse rescribendum. Adiectiv. igitur λάβρος, apud bonae notae scriptores de vento vehementius spirante usitatum, ARISTOPHANI quoque est reddendum. Nam ventum dici posse *splendentem* vix intelligo, nec quemquam concocturum esse arbitror, nisi sibi sumat in ventum convenire adiectiv., quod in solem, lunam, stellas, fulmen ceteraque μετέωρα cadere notum est. Omnino fieri potuit, ut adiect. λαμπρὸς ortum sit e vitiosa voc. λάβρος scriptura, quae in codd. nonnullis conspicitur, ubi λαύρος exaratum est. Sic cod. Guelf. ad Pers. 108 exhibet λαύρῳ pro λάβρῳ; ad Prom. 329 μὴ λαυροστόμει pro μὴ λαβροστόμει. Verisimile mihi videtur e prava hac scribendi ratione voc. λαύρος profluxisse aliam lectionem λαμπρὸς (λαύρος = λαυρος) et inde voc. magis notum λαμπρὸς. Quod ad quantitatem penult. syll. voc. λάβρος, de ea sic mihi statuendum videtur, ut λα in arsi producatur, quum naturā brevis sit. Cff. EUR. Orest. 697; Cycl. 403. ARISTOPHANES nostro loco regulam secutus est, quae

apud Tragicos valet, quemadmodum, Homericum metrum imitatus, huius poëtae prosodicas leges servavit ¹⁾).

¹⁾ Exempla collegit PORSONUS in præf. ad Eur. Hecubam, in fine.

THESES.

I.

Apud Plut. de frat. amore p. 483. *F*: *οἱ δὲ καὶ τίτας ἀποσπῶντες ἄλλήλων — — ἀπίασιν ἀνδραπόδου τιμὴν πλέον ἔχοντες, τὸ δὲ μέγιστον καὶ τιμιώτατον τῶν πατρῷών Φιλίαν ἀδελφοῦ καὶ πίστιν ἀποδεκότες.* *L.* *ἀπολωλεκότες.*

II.

Frags. Lysiae 33: *οὐδὲ εἴ τις εἰσποίητος πάθος, οὐδεὶς ἀποστερεῖ τὴν μητέρα αὐτοῦ τῶν χρημάτων.* *L.* *οὐδὲ εἴ τι δε εἰσποίητος πάθοι.*

III.

Apud Hom. Il. 3. 101 seqq.:

ἥμέων δ' ὁπποτέρῳ θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται, τεθναίη. ἄλλοι δὲ διακρινθεῖτε τάχιστα· οἴσετε δ' ἔρν'. κ. τ. ἔ.

Punctum ponatur post τάχιστα et v. seq. leg.: οἵσετε Φάρν'. Cf. Il. 15. 718.

IV.

Ibid. Od. 3. 40:

δῶκε δ' ἄρα σπλάγχνων μοίρας ἐν δ' οἴνον ἔχευεν.

L. *Fοῖνον δ' ἐνέχευεν.*

V.

Ibid. 4. 649:

αὐτὸς ἐκών οἱ δῶκα· τί κεν ῥέξειε καὶ ἄλλος.

L. αὐτὸς ἐγώ *Fοί δῶκα.* Cf. ibid. 2. 133, ubi cum Schol. corrig.: Ἰκαρίῳ, αἱ κ' αὐτὸς ἐγών ἀπὸ μητέρα πέμψω.

VI.

Ibid. 4. 805:

οὐ μέν σ' οὐδὲ ἐῶσι θεοὶ ῥεῖα ζώοντες.

L. *οὐδὲν* cum Schol.

VII.

Ibid. 6. 160:

οὐ γάρ πω τοιοῦτον ἴδον βροτὸν δΦθαλμοῖσιν.

L. *τοιόνδ' εἰδον.*

VIII.

Ibid. 8. 355:

"ΗΦαιστ', εἴπερ γάρ κεν "Αρης χρεῖος ὑπαλύξας.

L. *χρεῖός γε Φαλύξας.* cf. *H. i. dī.*

IX.

Ibid. 10. 378:

ΤίΦθ' οῦτως, Ὁδυσεῦ, κατ' ἄρ' ἔξεαι Ἰσος ἀναύδω.

L. ἔξει ἀναύδω φέρισος. Cf. Il. 1. 117; od. 5. 265; O. 407.

X.

Apud Eur. Hipp. 752 seqq.:

ὤ λευκόπτερε Κρησία
πορθμίς, ἀ διὰ πόντου
κῦμ' ἀλίκτυπον ἄλμας. κ. τ. ἐ.

L. ἀλίκτυπος. Cf. Soph. Antig. 953.

XI.

Ibid. 836 seq.:

τὸ κατὰ γᾶς θέλω, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
μετοικεῖν σκότῳ θανῶν δ τλάμων.

L. τὸ κατὰ γᾶς σκότος, τὸ κατὰ γᾶς κνέφας
μετοικεῖν θέλω. κ. τ. ἐ. Cff. Soph. O. C. 1701;

Eur. Meleagri fr. 14. 1 D.

XII.

Ibid. Orest. 1015:

ἰσάδελφος ἀνήρ, * ιθύνων.

ΙΘΥΝΩΝ

Expleatur: ισάδελφος ἀνήρ, τοῦδ' ιθύνων.

ΤΟΥΔΙΘΥΝ

XIII.

ΙΟΥΝ = ΤΟΥΔΑ.

Apud Arist. Nub. 151:

κάτα ψυγεῖση περιέφυσαν Περσικαί.

L. ψυγεῖσαι. concretae. a v. φύχω, concreto. P.

XIV.

Ibid. 1158 seqq. sic constituendi:

οῖος ἔμοὶ τρέφεται
 τοῖσδ' ἐνὶ δώμασι παῖς,
 ἀμφίκει γλώττη
 λάμπων πρόβολος ἐ-
 μός, σωτῆρ δόμοις
 ἐχθροῖσι βλάβη.

et 1165 seqq.:

ὁ τέκνου, ὁ παῖ ἔξ-
 ελθ', ἔξελθ' οἶκων.
 ἄνε σοῦ πατρός.

Cf. Eur. Hec. 172 seqq.

XV.

Nimium sibi sumsit Mazochius quum scriberet in Tabulis Heracleensibus pag. 7. „Criticam nationem sese posthac in Epigrammatis istis excruciare ut ingenio suo procudant lectiones alias, quam quas hic habent, veto.” Namque absurdum est quod edit in Tabula priore part. II. vs. 87. ὅτι δέ κατούτων τι ποιήσωντι πὰρ τὰν συνθήκαν τοὶ πολιανόμοι τοὶ ἀεὶ ἐπὶ τῷ Φέτεος ΕΠΙΚΑΤΑΒΑΝΟΝΤΙ καὶ ζαμιώσοντι. Portentosa sunt quae scribit pag. 224: „Futurum vetus regulare καταβανῶ pro καταβήσω.”

Emenda ΕΠΙΚΑΤΑΒΑΛΙΟΝΤΙ; ἐπικαταβαλίοντι =
 ἐπικαταβαλοῦσι, ut in iisdem Tabulis ἀνκοθαρίοντι,
 ἀνγελίοντι, sim.

ἐπικαταβάσσω = ἐπιβασίω

XVI.

Eiusdem monetae est quod scripsit ibid. vs. 73:
 ὅσσα ἐν τῷ συνθήκᾳ γεγράφαται, ubi corrigendum
 est γεγράφαται.

XVII.

Apud Isaeum II. § 30. ἵνα δὴ πραγμάτων ἀπαλλαγῶμεν, ὡς εἰδώμεθα, οὕτως ἐπιτρέπομεν, male Dobraeus reiicit verissimam emendationem in quam ipse inciderat, ὡς γε δὴ φόμεθα, ut quidem opinabamur.

XVIII.

Ibid. § 39. κατὰ τοὺς νόμους ἐποιήθη ἡ ποίησις, non est Graecum ἐποιήθη pro ἐγένετο. Corrige ἐποιήθην, adoptatus sum et expunge ἡ ποίησις.

XIX.

Ibid. § 43. dele quod sciolus adscripsit: ταῦτ'
 ἔσι τὰ λυποῦντά με.

XX.

Apud Isaeum III. § 35 inepte legitur: Φαίνεται
 περιφανῶς τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκάς. Emenda μεμαρτύρηκεν exuncto Φαίνεται.

XXI.

Ibid. IV. § 11. ἐφ' ὅσαπερ ληφόμενος ἔτι, insitium est ληφόμενος.

XXII.

Ibid. V. § 11. ἐγκαλεῖ αὐτῷ ὅτι ἐμβάδας καὶ τριβῶνια Φορεῖ. Repone τριβῶνα.

XXIII.

Ibid. § 22. δεδίαμεν γὰρ μὴ ὅφλωμεν δίκας. Athenienses non aliter dicebant quam δέδιμεν, δέδιτε, ἐδέδιμεν, ἐδέδιτε, ἐδέδισαν. *lēstikē - aē - e, lēstikor. cet*

XXIV.

Ibid. VII. § 8. ἔως οὖ εὐπορήσειν ἔκεινος τάργυριον, corripe πορίσειν. *Supradicare. c. G abun-*
XXV. *dare a. r.; c. t. sibi acquirere*
facile.

Apud Cic. Orat. § 171: Ego autem illos *ipso* laudo, cet. L. *ipse*.

XXVI.

Ibid. § 174: Nam qui Isocratem maxime mirantur, hoc in *eius* summis laudibus ferunt, cet. L. hoc in *eo* s. l. f.

XXVII.

Ibid. ad Fam. XII. 28 § 4: non dubitavi, quin tibi notissima et iura et *merita* popolorum essent. L. *monumenta*. Cf. de Orat. I. § 201. *monta* = *merita*. = *monumenta*.

XXVIII.

Id. Tuscul. disp. III. § 50 i. f.: Ego sum is,
qui dicam me non laborare, actum *habitum*,
quod egerint. L. *habitum iri.* cf. de lec. II. § id. 336.

XXIX.

Ibid. § 73: ego illum plus, quam me: pertur-
batio vitae, cet. L. ego illum plus, quam me, ne
perturbatio vitae, cet.

XXX.

Ibid. IV. § 17: Aemulatio autem dupliciter *illa*
quidem dicitur. L. *ita.* cf. § 56 f. s. l.

XXXI.

Id. de Rep. I. § 51: Hoc errore — — nomen
illi — — tenent, re autem carent *eo nomine.*

Uncis include duo ult. voc.

XXXII.

In fr. 9 D. de sponsalib. (28. 1) pro: si fuerint nuptiae *collatae*, leg. videtur: si fuerint nuptiae *collocatae*. Cf. Cic. de Orat. III. § 219.

XXXIII.

In fr. 6 § 7 D. de A. v. O. H. (29. 2.) pro:
qui metu verborum vel aliquo timore coactus *fallens*
adierit hereditatem, leg. coniicio: qui metu *verberum*
vel aliquo timore coactus *alieno* adierit heredi-
tatem. Cf. fr. 7. pr. D. q. metūs c. (4. 2)

1. 49 sec: *clapatoium est, potius insuperare filium*
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.

XXXIV.

In Cicerone Epp. ad Div. X. 3. 4. (Orell. Ed. 2^a.)
*sciebam enim ex iisdem te haec haurire fontibus, ex
 quibus ipse hauseram : postremum corrigendum hauriam.*

XXXV.

Ibid. 4. 4. bene sensit Ernestus abiiciendum esse
ut sciam.

XXXVI.

Ibid. 6. 3. *nemo consularis habitus, nisi qui animo
 extitit in rem publicam consulari. Requiritur extitisset.*

XXXVII.

Ibid. *quae tu in experiendo ea ratione, quae te
 digna est, vera esse cognosces. Digna Plancus non
 ratio, sed moderatio erat.*

XXXVIII.

Ibid. 12. 1. *ut magnam partem mihi laetitiae tua
 dignitas affert. Deserenda auctoritas Medicei et
 revocandum afferat.*

XXXIX.

Ibid. 2. *ut consuerat: at ego ei literas tuas. Ratio
 evincit perperam iteratam esse syllabam. Delen-
 dum at.*

XL.

Ibid. 15. 2. Nemo dum vidit perperam sic edi: *Pro-*

feci itaque per Laterensem internuntium: fidem mihi dedit cet. Distinguendum: Profeci. Itaque per Lat. internuntium fidem mihi dedit.

XLI.

Ibid. 16. 2. Abiecto *cures*, locus ita continuandus: *quocumque te ratio rei publicae ducet, sequare, ut ante factum aliquod cet.*

XLII.

Ibid. 17. 3. *ut Apellam ad me mitteret, quo obside fide illius et societatis in re publica administranda uteer. Requiri videtur societate.*

XLIII.

Ibid. 33. 1. *tametsi tantam calamitatem rei publicae quam tardissime audire optandum est, sed illis, qui prodesse nihil possunt neque mederi. Corrumptitur sententia interposita coni. sed, vitio orta ex anteced. est. Igitur abiiciatur.*

XLIV.

Ibid. XI. 8. 1. *Sicut innumerabilibus locis, ita h. l. corrigendum quod scriberem, pro quid. Eodemque modo corrigendum infra 25. 1. et XII. 3. 1. et 9. 1.*

XLV.

Ibid. 12. 2. *Consuetudini Tullianae satisfiet, si abiicitur existimant.*

XLVI.

Ibid. 27. 7. Similitudo sequentis syllabae fecit ut excideret pronom. *te*. Legendum est *tam te defendam*.

XLVII.

Ibid. XII. 1. 1. *ut tantum odium illud hominis impuri et servitutis dolor depulsus esse videatur*. Veram lectionem suspicor esse *sepultus*.

XLVIII.

Ibid. 25. 1. Obtemperandum est Manutio, et abiiciendum glossema *id est Calvisii et Tauri*.

XLIX.

Ibid. 3. Iterum probandus Manutius, qui e duobus libris edidit: *fuit enim illud quoddam caecum tempus servitutis, non graecum*.

LX.

Ibid. 30. 6. Sicuti haec edi solent, carent apodosi. Itaque hoc modo redintegranda sunt: *Ceteris de rebus, maxime quae de pecunia, quum Pansae mortem ignorares, scripsisti, quae per nos ab eo consequi te posse arbitrarere, ea te non fefellerint, si viveret*.

LI.

Ibid. XIII. 1. 3. *Is igitur Patro, abiiciatur nomen proprium.*

LII.

Ibid. 5. 2. *Is habet in Volaterrano possessionem.*

Res ipsa postulat ut corrigatur *habebat.*

LIII.

Ibid. 6. 3. corrigendum *incredibile quiddam.*

LIV.

Ibid. 11. 1. *meos municipes Arpinates.* Postremum
vocab. tollatur.

LV.

Ibid. 23. 2. ne ex prava quidem consuetudine de-
fendi potest, *quo et est apud suum patronum.* Del. et.







